

- 24 Nouatio facta non præsumitur, quando primus contractus non est perfectus, sed potius de contrahendo promissio.
- 25 Nouatio facta non præsumitur, quando primus contractus adeo certus est, & perfectus, atq; secundus contractus.
- 26 Nouatio facta non præsumitur, quando duo actus, vel primus, vel secundus, proprium nomen non obtinet, sed potius ad perfecti onem, & implementum alterius factum censetur.
- 27 Stipulatio facta alteri, inutilis est.
- 28 Contractus inuenti sunt, ut obligationem producant, & actionem.
- 29 Contrahentes agere id voluisse præsumitur, quod natura contractus significat.
- 30 Actus subséquens præsumitur factus in executionem præcedentis obligationis.
- 31 Numeratio actus est, qui sui natura ex mutuo producit actionem.
- 32 Finem ad vnum inducta, contrarium non debent operari.
- 33 Stipulatio non solum in mutuo, sed & alijs in contractibus nouationem operatur, si voluntas partium de nouando adfuerit.
- 34 Nouatio ex Constitutione noua Iustiniani expressim fieri debet.
- 35 Ad illam inducendam præsumptiones sufficiunt, secundum quosdam, num. 35.
- 36 Dissidentibus alijs, num. 36.
- 37 Expressim dici quoque, quod coniecturis apparet, & præsumptionibus.
- 38 Nouatio facta præsumitur, quando debitor delegat alium etiam non debitorem suum, quem creditor acceptauit.
- 39 Secus, si de creditoris consensu non appareat, n. 46.
- 39 Nouatio facta præsumitur, quando secundus contractus cum primo est incompatibilis, secus si contractus sint compatibles, num. 40.
- 41 Pugnancia duo, simul stare nequeunt.
- 42 Nouatio inducta præsumitur per transactionem, qua sui natura à prima obligatione recedunt.
- 43 Mutuum, & depositum contractus duo sunt incompatibiles.
- 44 Contrarium, quando eum laudo lato repugnat, dicitur ex eo facta nouatio.
- 45 Nouatio facta non dicitur, quando secundus contractus nullus est, & inualidus.
- 46 Nouatio olim quibus casibus fieri dicatur ope exceptionis, num. 47. 48. & 49.
- 50 Nouatio inducta censetur, et liberatus à creditore debitor, quando ipse mandat argentario seu campfiori, ut soluat ipsi credito vi suo, campfore animo nouandi expressè interueniente, & solvere promittente.
- Idque procedit etiam si coniecturis solum de ipsius campfioris animo nouandi appareat, num. 51.
- Idem etiam si sine stipulatione promiserit, num. 52.
- Secus quando non constat, nec expresse, nec coniecturis campfioris animo nouandi promississe, num. 53.
- Idque maxime, si nudo tantum pacto promiserit, num. 54.
- Quod si simpliciter campfior promiserit solvere, & dubitetur de ipsius animo, non inducitur nouatio, nec liberatur debitor, numer. 59.
- Contraria refertur opinio, quod inducatur, n. 62.
- Quibus autem in casibus inducatur liberatio debitoris, qui mandat campfiori, qui nihil sibi debet, ut pro se soluat, num. 63. 64. 65. & 66.
- Quid autem si campfior ipse sit debitor debitoris sibi mandantis, ut pro se soluat, & an, & quando inducatur hoc casu liberatio debitoris, & quando non, num. 67. 68. 70. usque ad num. 77.
- 55 Nouatio non fit sine stipulatione, nisi expresse agatur.
- 56 Stipulatio, & pactum nudum in foro mercatorum non differtur.
- 57 Pactum nudum de iure Canonico idem operatur quod actio.
- 58 Intellectus c. 1. & c. qualiter extra de pact. ut de pacto vestito, & efficaci loquantur.

- 60 Nouatio non fit hodie solo interuentu noue personæ.
- 62 Qui promittit, quod alius debet, in dubio videtur accessorie promittere.
- 69 Delegatio debitoris, ut fieri dicatur, quinque necessarij requiruntur.
- 78 Debitor qui literas cambij scripsit, non liberatur illis acceptatis ab eo, cuius gratia sunt, sed ab eo, qui illas complere tenetur, facta per eum promissione de soluendo.

P R A E S V M P T. CXXXIV.

Postquam hæcenus differuimus de illis præsumptionibus, & coniecturis, quæ versantur circa contractus, nunc agendum est de his, quæ respiciunt distractiones. Quocirca cum obligationes distractantur, ab eisque recedatur non solum solutione, sed etiam nouatione, de eis differendum nunc est. Est sanè difficilis, & perplexa disputatio, quando, & quibus in casibus præsumatur facta nouatio prioris obligationis, per secundam. Existimauerim distinguenda esse aliqua tempora, & aliquot casus.

Primum fuit tempus ante ius Pandectarum, quod antiquum appellari potest. Hoc sanè tempore per secundam obligationem, seu (vt illam iura appellant) cautionem, prima illa, siue illa secunda obligatio, plus siue minus prima contineret, in ducebatur per nouatio. Id quod satis manifestè colligitur ex l. vlt. C. de nouatio. & ex S. præterea, in Instit. quib. mod. toll. obliga. & in specie scripserunt Alex. in conf. 13. num. 4. lib. 2. Socin. Sen. in l. qui vsum fructum, nume. 5. de verb. obl. & Franc. Balduin. in d. S. præterea.

Secundum tempus fuit iuris Pandectarum, seu Digestorum, quo variè constitutum fuit, sicuti explicat Bar. in l. pen. n. 3. ff. præ. stipul. quo in loco, aliquot casus distinguunt, & nos aliqua addemus.

Primus est casus, quando secunda stipulatio erat prætoria. Hoc casu non nouabatur iure isto prima stipulatio, alterve contractus. Ita Bar. in d. l. penul. n. 3. ex illo text. & ibid. Angel. col. 2. in princ. versic. sed responde. & Imol. ibid.

Secundus est casus, quando secunda stipulatio erat conuentionalis, & plus ipsa prima continebat. Hoc casu præsumebatur facta nouatio, si verò continebat minus non præsumebatur, sic scripserunt Bartol. in d. l. penult. num. 3. versic. secundo casu. & ibidem Angel. col. 2. versic. secundus casus est, & Imola, Ludou. Bologn. in consilio 56. col. 3. & Alex. in consil. 193. num. 3. libr. 6. Crauet. in consil. 167. num. 12. & Rota Rom. in decisio. 562. num. 2. in 1. part. in nouissime impressis. ex l. qui vsum fructum. ff. de verbor. obligat. l. si pupillus. S. actum. ff. de nouat. & l. vlt. C. eod. Hic casus locum non habet secundum Ang. præcitato in loco, quando secunda stipulatio continet minus tempore, vtputa, si promisi tibi decem in Calend. Maij. Et deinde eadem decem promitto in Calend. Augu. ssi. Nam tunc prima obligatio nouatur etiam hoc iure Digestorum, solum ope exceptionis. Ita inquit Ang. sensisse gl. in d. l. penul. per text. l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verb. oblig.

Tertius est casus, quando stipulatio secunda conuentionalis, tantum eadem continebat, quod prima, & in ipsa secunda interueniebat per noua persona, præsumebatur nouatio, si verò noua persona non interueniebat, nouatio non præsumebatur, sic explicat Bar. in d. l. penul. num. 3. versic. tertio casu. ff. de prætor. stipul. & ibidem Angel. col. 2. versic. tertius casus. ex l. scire debemus. in princ. ff. de verbor. oblig.

Quartus est casus, quando stipulatio secunda conuentionalis, idem quod prima continebat in substantia, et si diuersum quo ad rem ipsam, vtputa in prima fuerat promissus fundus, in secunda fundi æstimatio. Hoc casu non præsumebatur nouatio. Ita Bar. in d. l. pen. nu. 3. versic. 4. casu. & Bologn. in d. l. singularia, n. 62. versic. quantum vero ex l. fundum Cornelian. ff. de noua. Et idem docuit Ang. in d. l. pen. versic. 4. casus.

Quintus est casus, quem præter Barto. præcit. in loco adiungimus, ex sententia Ang. in d. l. pen. col. 2. versic. primus est, quando secunda stipulatio interponitur ex necessitate. Hoc casu nec de iure Digestorum, præsumebatur nouatio. l. Stichum. §. legata. ff. de noua. Et eandem sententiam probauit Imo. in d. l. pen.

Sextus est casus, quando secunda stipulatio continet illud idem quod prima, & quid aliud distinctum, vtputa primo promissus Stich. deinde promissus Stich. & Paph. Hoc casu non præsumitur facta nouatio. Ita Ang. in d. l. pen. col. 2. versic. quintus casus est. ff. de præ. stip. & ibid. Imola.

Septimus est casus, quando secunda stipulatio non est æqualis ad primam, sed prima est fortis, secunda verò pœna. Hoc etiam casu, non præsumitur facta nouatio, Ita Ang. in d. l. penul. col. 2. versic. 6. est. & ibid. Imol. ex l. ita stipulatus. de verb. oblig. Ripa in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione, n. 6. ff. de re iud. & Fran. de Marchis in q. 412. n. 3. p. 1.

Octauus est casus, quando non renouatur obligatio principalis, sed solum fideiusoria, vt pignorum, vtputa, si primo promissus decem sub pignore, vel sub vno fideiusore, deinde pro illdem decem do aliud pignus, vel alij fideiusorem. Hoc casu etiam non præsumitur facta nouatio, vt scilicet ab eo primo pignore, vel fideiusore dicitur recessum. Ita Ang. in d. l. pen. col. 2. versic. septimus, & vltimus. ff. de prætor. stipulat. & ibidem Imola, Castr. n. 2. Comen. n. 4. Et his accedunt relati à Iafone in l. eū, qui. §. qui si hominem. col. 2. de verbor. oblig. & in l. 1. in fin. C. de iud. & alios refert Ronchegallus in l. 3. in prin. nu. 1. ff. de duobus reis. Et apertius Ripa in l. si se non obtulit. §. si ex conuentione, nu. 7. ff. de re iud. qui recenset etiam Soc. Sen. in consil. 18. num. 15. & in consilio 21 num. 3. lib. 1. Et ij quidem moti sunt ex l. si Titius, ver. sed ita demum. ff. de fideiuss. Hic casus locum non habet magis, quando solum mutantur fideiussores, vel pignora. Nam tunc sine conuentione prima obligatio principalis non nouatur. Ita Ripa in d. l. si ex conuentione, num. 6. ea ratione, quia fideiussores, & pignorum obligatio, quæ accessoria est, vim non habet mutandi principalem. Idem scripserunt Rebuffus in commentarijs ad constitutiones Gallæ Tomo 3. in titul. de litteris obligatorijs, art. 1. gl. 9. num. 22. & Mascard. in conclus. 107. num. 14.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quòd in datione nouorum fideiussores, vel pignorum, renouatur prima obligatio. Ita declarat Ripa in d. l. si se non obtulit. §. si ex conuentione, n. 7. versic. quod intellige ff. de re iud. post gl. & Bar. in l. pen. in verbo pignore. ff. de præ. stipul.

Declaratur secundò, vt non procedat, quando secundum fideiussores, & secunda pignora datur loco primorum. Nam tunc primi liberati censentur. Ita Ripa in d. §. si ex conuentione, nu. 7. versic. item intellige, post Castr. & Alex. ibid. & Imol. in d. l. pen. ff. de prætor. stipul. ex l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. Et hoc significat Iust. in d. l. vlt. in prin. C. de nouat. ibi, vel pignus acceperit, vel cautionem minorem, &c.

Nonus est casus, quando per alius est contractus quam stipulationis. Nam iure Digestorum non præsumebatur facta nouatio, imò nec fieri poterat. Ita Bart. in litem illa §. vlt. & in l. vbi quis ff. de const. pecun. & in l. 1. nu. 3. ff. de nouatio. Alex. in consil. 13. num. 5. lib. 2. Soc. Sen. in consil. 21. n. 19. lib. 1. Dec. in d. l. singularia, nu. 19. versic. illa tamen. ff. si certum pet. Ripa in rub. de verb. obl. n. 37.

- 17 fuit statim, & incontinenti adiecta stipulatio, vt si ex emptione, vel mutuo promissum centum, deinde statim stipulatus es eandem summam. Hoc etiam casu, non præsumitur facta nouatio. Ita Bar. in d. l. singularia, num. 10. versic. si vero. Dec. num. 16. & Bologn. nume. 61. & 62. post alios ab eis commemoratos. Et ij adducti sunt primotex. l. duo societatem. ff. pro socio. in illis verbis, si nouationis causa, Quæ sanè verba dubitata iua, superuacanea essent, imò male à iuriscōsulto prolata, si subsecuta hæc stipulatio sui natura nouationem induceret. Nec repugnat consideratio Decij d. nume. 16. versic. sed aduertendum, quia illi respondetur, quod in d. l. duo societatem. duo aguntur.
- Primò, quod ibi non fit nouatio, & hoc principaliter, secundò quod ibi sit intentata actio, ex primo contractu & hoc secundario.
- Secundò adducitur text. l. si ita fuero stipulatus. §. 1. ff. de noua, vbi stipulatio subsecuta post contractum mutui in continenti non nouat ipsum mutuum, sed vnus est contractus stipulationis, secund. gl. ibi. Verum hic text. loquitur quando secundus actus stipulationis subsecquitur mutuum pro illius confirmatione. Et ideo ego intelligo illa verba, vnus contractus est, hoc est mutui, pro cuius restitutione adiecta est confirmatoria stipulatio. Qua de re solus differemus in fr. in 4. casu.
- Tertio allegatur text. l. si stipulatus, ff. de vris. ibi, nouandi animo stipulatus. Ergo à sensu contrario, nouatio non præsumitur, nisi constet, alioqui, vt dixi supra, frustra dubitaret Iuriscōs. si stipulatio subsecuta, sui natura nouaret.
- Quartò afferitur l. non ad ea ff. de cond. & dem. in primo casu secundi casus, dum voluit Iuriscōs. per secundum legatum factum sub conditione, sine commemoratione primi purè facti, non esse recessum à primo, atque ita mutatam non esse voluntatem testatoris. Ergo nec hic dicitur mutata voluntas contrahentium, & inducta nouatio.
- Cæterum quia hic text. pro contraria opinione Fulg. quam mox refero, adducitur, ob id de eius sensu statim disputabimus.
- Contrariam opinionem per aduersus Bart. & reliquos, probant gl. in d. l. duo societatem. & Fulg. in d. l. singularia, quod in hoc casu præsumatur facta nouatio. Et adducitur Fulg. ex d. l. non ad ea. ff. de condit. & demonstr. in secundo casu, secundi casus, vbi si primò legatum factum est purè, deinde, & secundo statim, & incontinenti eadem res sit legata eidem sub conditione, commemoratione facta primi legati, recessum dicitur à primo, atque ita mutata voluntas. Cum ergo, & nostro in casu, secunda stipulatio sit facta commemorato ipso primo præcedenti contractu, dicitur nouare ipsum contractum. Verum respondet Alexan. quod d. l. nam ad ea. procedit solus in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus, vt scribunt Bar. in l. iuriscōs. §. adeo. ff. de pactis. & Bald. in l. rescriptum. §. si pactum, in fin. ff. eod. Quæ sanè interpretatio retinenda non est, eū eadem sit ratio per non præsumendi, voluntatis mutationem in contractibus, quæ & in vltimis voluntatibus. l. cum qui, ff. de probation. quæ absolute, & indistinctè loquitur. Et regulam.

regulam. dic. l. non ad ea, habere locum etiam in contractibus sensu Bart. in hac ipsa questione, ut supra retulimus, & Dec. in l. pacta nouissima, num. 10. C. de pactis. Respondet itaque secundo Dec. in casu d. l. nam ad ea, ceteri mutata voluntatem, quia duo illa legata erant incompatibilia, non enim simul stare poterat, quod eadem res deberetur pure, & sub conditione, Et ob id vni tollitur, ut dicemus in suo loco diuersum est in casu nostro, ubi secunda actio, quæ producitur ex secundo contractu, se compatitur cum prima, & ob id à prima obligatione non videtur recessum. Hanc interpretationem falsam esse omnino, existimo, quia si eiusdem rei legati pure factum, & factum sub conditione essent incompatibilia, idem esset dicendum, quod etiam eo casu quo factum est legatum secundum, sub conditione, absque commemoratione primi, illud primum esset mutatum, & in secundum translatum, ex quo ex duobus pugnantibus secundum derogat primo. l. pacta nouissima. Co. de pact. Et tamen in ea l. non ad ea, contrarium dicitur, nempe quod si testator legauit centum pure Caio, & eidem in continenti legauit sub conditione, sine commemoratione primi, primum non esse translatum in secundum, sed dari electione legatario, ut acceptet, vel purum, vel conditionale. Responder itaq. tertio Bolog. in d. l. singularia nu. 62. d. l. nam ad ea, ad rem non facere, quia loquitur, quando secunda dispositio est diuersa à prima. Nos verò loquimur, quando continet idem.

Ceterum reijcienda est hæc responsio ea ratione, quæ supra confutauimus interpretationem Decij. Præterea si diuersæ erant dispositiones, vel ratione rei, vel ratione qualitatis, simul stare potuissent, atque ita legatum censetur duplicatum, cuius tamen contrarium ibi dicitur.

Responderi potest quarto, in casu dict. l. non ad ea, fuisse adiunctam qualitatem in secundo legato, quæ quidem qualitas mutat, & alterat naturam ipsius primi legati, atque ita nouum facit, argum. l. ius autem civile. ff. de iust. & iure. vbi l. colum. 1. & latè Marf. in sing. 250. Qualitas est sanè qualitas illa, conditio sub qua factum fuit legatum.

Vndecimus est casus, quando duo contractus vna si-  
21 mul si connectuntur, & sic vnus alterum non præcedit, vt si dicitur Tit. dedit, & vendidit mihi stipulanti. Hoc in casu non præsumitur facta nouatio. Ita Bar. in d. l. singularia, n. 12. vers. accedit.

Et hic casus à fortiori firmatur illis rationibus, & iuribus, quibus, & præcedens, à quo parum differre, & Bar. ipse existimauit. Idem enim (inquit Bar.) est, quando stipulatio statim, & incontinenti præcedit, vel subsequitur, & quando in eodem actu adijcitur, cum ea, quæ incontinenti sunt, inesse censentur. l. lecta. vers. dicebam hoc tit. si cert. pet.

Huc facit, quod egregie docuit Baldus in l. antiquæ. §. 1. in fi. C. ad Vell. quem post alios secutus est Ronchegallus in l. 3. in princ. num. 14. ff. de duobus reis. Inquit Baldus, quod si plures se constituunt principales debitores in instrumeto, nullo iure fit nouatio, cum obligatio sumat robur in eodem instanti. Nouatio autè debet fieri à posteriore.

Ceterum à Bart. in eo dissentit solus Purpur. in dic. l. singularia, quod existimauerit Bart. nullum hic dari ordinem. Nam verius est (inquit Purpur.) ordinem saltem scripturæ adesse, qui sanè ordo est admodum considerabilis, sicuti scripsit post alios l. in l. 2. §. prius, nu. 18. ff. de vulg. & pup. subst. Huic obiectioni respondetur, nullum hic ordinem etiam scripturæ adesse, cum nõ detur nec prius, nec posterius, vt post alios tradit l. in dic. §. prius, num. 22. dum inquit, quod quando in vno instrumeto plura si apponuntur pacta, nõ est dare, nec prius nec posterius, ex quo vno eodemq. instanti instrumeto

tum partium consensu perficietur.  
Duodecimus est casus, quando contractus primus, non est contractus perfectus, sed potius promissio de contrahendo, deinde subsequitur ipse contractus, vt puta promissio vendere pretio centum, deinde illo pretio centum  
24 vedo. Hoc in casu dicitur facta si nouatio, quia illa promissio tollitur per subsequendam traditionem, & ex ea agitur. Ita Bar. in d. l. singularia, n. 55. vers. primo casu, & ibidem Dec. num. 18. Curt. Iun. num. 15. Purpur. num. 11. Bologn. num. 67. Idem docuit l. in l. si fideiussor. §. vlt. num. 18. de lega. 1. Et ij quidem moti sunt text. l. si hæres testamento. ff. de action. empt. & l. in numerationibus, §. vlt. ff. de nouat.

Verum prædicta duo iura videntur repugnare inuicem, vt aduertit Dec. qui inquit posse conciliari secundum Bart. in l. si fideiussor. §. meminisse. in fine. de leg. 1. & Bald. in l. vlt. ad finem. C. de pact. inter emptor. & vendit. Et rursus accedit ratio, quod in prima obligatione adest solum pactum vendendi. l. consilio. in fi. ff. de curator. furios. Ergo vendendo, illi pacto dicitur satisfactum, atque ita soluisse dicitur, nimirum si illa obligatio tollitur. Ita simili in casu docuit Bart. in l. pen. §. vlt. ff. de acquirit. poss. cum dixit, quod iustus traderet, sola nuda traditione liberatur. Ita etiam Bald. in l. 1. col. 14. versiculo quarto quarto. C. de ijs, qui penam non dicit, præceptum factum hæredi, vt compromittat, extingui statim factio compromisso. Et Dec. in consil. 464. numer. 11. respondit, quod iustus à testatore vendere, vendendo statim liberatur, sic & Soc. sen. in consil. 68. col. 3. versic. nam vt ex d. lib. 3. & Ruin. in consil. 84. n. 4. lib. 2.

Ceterum à Bart. & sequacibus dissentiunt Ang. in d. l. in numerationibus. ff. de solut. & Aret. in l. fideiussor. §. meminisse. de lega. 1. qui scripserunt, quod per venditionem illam solum liberatur ille promissor ab obligatione de vendendo, sed si res vendita non traditur, vel promissum non seruatur, agi potest ex precedenti obligatione d. l. si hæres.

Conciliat has opiniones Aret. in consil. 6. nu. 4. quod opinio Bart. procedat in contractibus. Illa verò Ang. in vltimis voluntatibus. Quæ sanè conciliatio repugnat d. l. in numerationibus. §. vlt. ff. de solut. vbi idem statuitur in vltimis voluntatibus, quod in contractibus. Et in specie conciliationem hæc reijciunt Cagn. in l. singularia, num. 57. & Bologn. num. 68. Quo in loco aliter ipse conciliat. Inquit enim, quod aut extant aliquæ coniecturæ, quibus conijci potest, promissorem voluisse obligari ad factum tantum. Et tunc dicitur solum ad ipsum factum teneri.

Hoc casu procedit opinio Angeli, & Aretini. Aut nullæ extant coniecturæ, sed versamur in dubio, & tunc promissor dicitur voluisse obligari ad ius. Nam, & verba ipsa intelliguntur de iure. l. 3. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris. & l. stipulatio ista. §. ij quoque. de uerbor. obligat. Et hoc in casu locum habet opinio Bartol. & sequacium.

Decimustertius est casus, quando primus contractus ita est certus, atque perfectus, sicuti & secundus, vt puta si stipulatus sum à te centum, & deinde iterum promissum si centum. Hoc casu non si præsumitur facta nouatio.  
25 Ita Bart. in d. l. singularia, num. 1. vers. secundo casu. ff. si certum petat. quem secuti sunt reliqui, vt testatur Bologn. ibidem num. 69. vers. nihilominus. Et ij quidem adducti sunt primo ex l. item illa. §. vlt. ff. de constit. pecun. constituerat quis se soluturum, quod debebat ex causa stipulationis, vel alterius contractus, quo casu nata erat obligatio, & actio de constituta pecunia, iuxta l. 1. ff. de constit. pecun. Atque ita duplex et competebat actio prima ex stipulatione, secunda ex ipso constituto. Proposuerat deinde creditor in iudicio, actionem illam de constituta, dubitatum fuit an sublata, & extincta esset actio illa

illa prima ex stipulatione. Respondit Vlpia. non censeretur sublata, sed solum in solutione facta. Præsupponitur ergo ibi sequentem contractum non auferre, atque ita non nouare actionem ex stipulatu, nec contrarium præcedentem. Nec obstat quod inquit Iason, debitorem illum liberari per litis contestationem. Nam respondeatur, quod imo non liberatur. Affertur & secundo text. l. si mandato meo. §. vlt. ff. mand. Creditor egit contra debitorem sui principalis eius mandato, atque ita capit debitor principalis teneri, ex secunda obligatione orta ex ipso mandato. Et cum dimidium crediti iam exegisset creditor, residuum deinde petebat à debitore principali, dubitatum fuit, an petere posset. Et dicendum videbatur non posse petere, quia debitor delegatione facta liberatur obligatione sua. Ceterum cõtrarium ibi definit Paulus, quod imo non liberatur, sed remanet ipsa prima obligatio, & actio, quæ non tollitur, atque ita non nouatur, per secundum contractum mandati, nisi quando creditor ille acceptat mandatum animo nouandi. Et subiungit Paulus idem esse, si fideiussor mandauit creditori, contra reum principalem, vt ipse fideiussor ex stipulatione obligatus (iuxta l. blanditus. Co. de fideiussor.) liberetur à prima causa, ob illud mandatum, si scilicet animo nouandi fecit. Non ergo stipulatio per subsequenter contractum nouatur. Verum hac in re animaduertendum est, duo hæc responsa sic à Bartol. considerata, non procedere ob id, quod ibi contractus essent comparabiles, idem continentes, & primus contractus ita esset certus, & perfectus, vt secundus, sed ea de causa contingere, quia præcedens obligatio non nouatur, etiam eo iure Digestorum, per alium secundum contractum, sed per solam stipulationem, sicuti iura sic intellexit ipsemet Bart. in dict. litem illa. §. vlt. ff. de constit. pecun. in l. 1. num. 3. ff. de nouat. & dixi superiore capite, in vltimo casu.

26 Decimusquartus casus est, quando si duo actus, sine primus, sine secundus, non obtinet proprium nomen contractus, sed potest esse certus contractus, vel alterius contractus implementum, vel confirmatio, sicuti est pecuniæ numeratio, vel rei traditio. Illa enim pecuniæ numeratio, potest obtinere nomen certi contractus, vt puta mutui, vel depositi irregularis, potest etiam esse implementum contractus, vt si præcessit emptionis contractus, de inde pecunia numeretur, illa numeratio venit ad implementum, & perfectionem ipsius contractus emptionis, & venditionis. Ita etiam de rei traditione dicere possumus, cum esse possit traditio per donationem, atque ita donationis contractus, possit etiam esse perfectio alterius contractus, vt puta emptionis, ita dicimus, quod stipulatio aliquando est contractus, sicuti quando de per se consideratur, aliquando venit ad confirmationem alterius contractus. l. si stipulatus. de vsuris. & tradit post alios Ripa in rubr. de verb. oblig. num. 52. Hoc itaq. casu non præsumitur inducta aliqua nouatio, sed potius id factum ad perfectionem, & implementum alterius contractus. Ita Bart. in d. l. singularia, nu. 10. vers. quando que præcedit, & ibidem Alex. Iaso. Decius num. 16. vers. 2. casus. Curt. Iun. num. 16. Purpur. num. 27. & Bologn. num. 63. & 64.

Primo adducitur text. l. si ita stipulatus. §. Chrysofon. vers. superest. ff. de uerbor. oblig. vbi manifestè respondit Vlpian. quod si quis mutuum pecuniam dedit, sicq. iam numerauit, eam stipulatus est, vna sola nascitur obligatio verborum. Atque ita nouatio non inducitur, quia illa numeratio venit ad perfectionem, seu confirmationem præcedentis stipulationis.

Ceterum existimauerim, ibi nasci solum verborum obligationem; respectu stipulantis, non autem eius, cuius erat pecunia mutuata secundum terminos casus illius §. Chrysofonus. Et ideo subiungit Iuriconf. quod

si præcessit mutuum, & sequitur stipulatio, non tollitur obligatio naturalis, nata ex mutuo, & acquisita illi, cuius erat pecunia.

Secundo affertur text. l. si ita stipulatus fuero. §. 1. ff. de nouatio. Iuriconf. verba hæc sunt. Cum pecuniam mutuam quis dederit sine stipulatione, & ex continenti fecerit stipulationem, vnus contractus est. Idem erit dicendum, etsi ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit. Hic perpenditur illa ratio, quia vnus est contractus. Et sic in dubio videtur dicendum, quod contractus non debeat multiplicari. Hæc ratio (inquit Dec.) cessat in primo casu, quia constat de contractu, qui præcedit, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig.

Verum respondet Fulg. quod in d. l. si ita stipulatus. §. 1. præcedebat certus contractus, vt colligitur ibi, mutua pecuniam dedit. Ergo mutuum, & sic contractus certus, sicuti, & hunc textum intellexerunt alij, quos retuli supra in 10. casu. Et tamen casus iste noster secund. Bar. & sequaces procedit, quando secundus actus non obtinet nomen contractus.

Hanc interpretationem reijcit Alex. ratione quædam à Deco confutata, ipse verò Decius aduersus Fulg. scribit in d. l. singularia, num. 16. vers. aliter ergo, & c. illa verba d. l. si ita stipulatus fuero. §. 1. ff. de nou. ibi, mutuum pecuniam dedit, & c. esse exponenda simpliciter, id est numeratam. Hoc probatur (inquit Dec.) illo text. dum subiungit, idem est contra, si stipulatio ante facta sit, & mox numeratio subsecuta sit, sicuti ergo in casu de contra, loquitur de numeratione simpliciter. Ita pariter in primo casu videtur loqui de numeratione simplici, vt casus parificentur, ideo consonat, quod illa verba, mutuum pecuniam, accipiantur, & exponantur, id est, creditam simpliciter.

Rectius crediderim dic. l. si ita stipulatus. §. 1. esse sic explicandam, dum ait, vnus contractus est, intelligatur vnus contractus mutui. Et stipulatio adiecta est pro confirmatione, causa restitutionis faciendæ. Et dum subiungit Iuriconf. Idem erit dicendum, & si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit. Intellego idem, hoc est vnus contractus, non tamen mutui, sed stipulationis, vt quia sit stipulatus pecuniam sibi mutuari. Et ideo in l. seq. subiungit Pompo. Cum enim pecuniam mutuam datam stipulamur, non puto obligationem ex numeratione nasci, & deinde eam per stipulationem nonari, & c. Hic præcessit stipulatio de mutuando, vt significant illa verba. Et magis implendæ, & c. Et ideo illa verba, pecuniam mutuam datam, exponi debent, dādām, vel dari. In primo itaq. casu d. §. 1. stipulatio de seruit mutuo. In secundo verò numeratio seruit stipulationi.

Tertio perpendi solet text. l. certi conditio. §. quoniam. ff. hoc tit. si cert. petat. quo loci ille, qui mutuo dedit pecuniam, stipulatus est, eam alteri reddi, ibi agitur  
27 ex numeratione, quia stipulatio si alteri facta est inutilis. Ergo à sensu contrario secus est, quando stipulatio est utilis.

Quarto, ea ratione, & argumento motus est Iason, cõtractus ad hunc finem inuenti sunt, vt obligationem, & deinde actionem producant. Et ob id præsumitur, quod  
29 contrahentes agere, & facere voluerint id quod natura contractus significat. l. non omnis. in princ. ff. si certum pet. Atqui numeratio non habet certam significationem, cum fieri possit implementum præcedentis contractus, possit etiam fieri, vt de se contractum causet, ut depositum irregulare, mutuum, vel commodatum. Cum ergo dubia sit mens numerantis, illa debet declarari, vel ex subsequenti bus, vel ex præcedentibus. arg. l. si seruus plurimum. §. vlt. de leg. 1. Declarari ergo debet mens ista, quod voluerit numerare in executionem, & perfectionem actus  
30 præcedentis. Ita dicimus, quod actus si subsecutus, præsumitur